

Domno N. sincere dilectionis gratia amabilissimo N. per omnia suus. Quid tibi, mi¹ anime, pro contemptu^a meroris, quo detineris, scripserim, quid quoque, ut tibi reddaris, assignauerim, non facile inuenio. Denique a fratre quodam nobis hactenus commanente, nunc quoque partes uestratium petente nomine uobis asscito² cuncta sciscitari ualetis incommodi nostri negotia. Quicquid denique eius relatu scire contigerit, id procul dubio me adgressurum nullus ambigerit. Per nullum quidem comitum abbatis N., qui nunc penes uos est, quicquam mandati demando. Ex quo etiam pauca de me ac nulla quoque rogare curate, quoniam, si quid ore depromit, mente minus conseruat, cum omnium uestrum sit inuisor ac exosor³ occultus. Vos itaque pro uoto ualete reliquosque omnes festine salutate cunctique ad uotum pollete, quodque dirigo, ut pauperis⁴ amici munia⁵ pro magno putate. Val.

a) so Hs.

1) Siehe oben S. 152 Anm. 1.

2) Man erwartet hier ein Wort mit der Bedeutung ‚bekannt‘; hat der Briefschreiber asscito von scire abgeleitet?

3) Siehe oben S. 147 Anm. 4.

4) Vgl. *Disticha Catonis* I 20, ed. M. Boas (1952) S. 55–57: Exiguum munus cum det tibi pauper amicus, accipito placide; ferner *MGH Poetae* 5, S. 384 Nr. VII 15, S. 436 Nr. 14.

5) Vgl. *Formulae Augienses* Coll. C, Nr. 12, *MGH Formulae* S. 370: Munuscula uestrae ... dirigimus dignitati, que uestra sublimitas pro magno suscipere non recuset; *MGH Poetae* 5, S. 397 Nr. 40/III u. 9: (libellum) Exiguus tribuo magno pro munere voto.

10.

Ein Mönch N. teilt einem Abt N. den Tod eines Bruders mit.

Norma iusticie cultuque religionis merito honorando abbati N. frater N. gaudere ac prosperari ubique. Tristi ex hac uita^a, qua diatim^b iure mortales abstraunt^c, noueritis uestrum^d fratrem^e il. exisse. Pro cuius anime remedio precamina regi Christo satagite, humiliter postulamus, dirigere. Val.

a) ergänze dahinter ex?

d) so Hs.; lies nostrum?

b) chatim Hs.

e) frate Hs.

c) so Hs.; lies abstra(h)untur?